

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De institutis coenobiorum

Cassianus, Johannes

[Basel], nach Sept. 1485

Capitula secunde collationis eiusdem senis

[urn:nbn:de:bsz:31-306702](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-306702)

Collatio VII abbatis Sereni de mo

oim pphetarū ei⁹. De q̄bo apls arguēs illos q̄ ab ipis decipiunt ita isert. Attentes spiritibz seductoribz ⁊ doctrinis demonioꝝ in ypocrisi loquentiū mēdaciū. Esse autē ⁊ alia demonum genera id est mutoꝝ atq̄ surdoꝝ euangelia testant. Incentores etiā libidini atq̄ luxurie q̄sdam spūs ppheta commemorat. spūs in quibz fornicatōis recepit eos. ⁊ fornicati sunt a deo suo. Noct nos q̄z siue diurnos ac meridianos demones si milit scripturarū auctoritas docet. De quoz diuersitate plonū est si volum⁹ oia scripturarū volumina pscrutātes singillatū pcurere. q̄ per pphetam onocentauri qui pilosi. q̄ sirene q̄ lamie. q̄ vulture qui strutōnes qui ericij designant. q̄ aspis q̄ basiliscus in psalmo. qui leo. q̄ draco. quiue scorpius in euāgelio nuncupet. q̄ pnceps mundi hui⁹. q̄ rectores tenebrarū harū. q̄ spiritualia nequitiē ab aplo nominent. Que vocabula non casu nec fortuitu indita illis debem⁹ accipere. s̄ significatōne istarū ferarum que apud nos vel min⁹ noxie vel magis pniciose sunt. illoꝝ ferocitates rabiesq̄ distingui. ⁊ ex similitudine nequitiē virulente seu pncipatus. que istis int̄ ceteras ferarū siue serpentes q̄dam excellētia maliciē suę pferit. illos q̄z eoz vocabulū nūcupari. vt sc̄z alius q̄dem ob vehēmētiam furoris ⁊ rabiem ferocitāq̄ suę. p quam pncipatum inter ceteras spirituales nequitiās obtinuit leonis appellatōne. Ali⁹ basilisci ob illa d mortiferū virus quod pulsq̄ sentiat interimit. Ali⁹ vero ob teporem maliciē suę onocentauri aut ericij nomen strutionis siue sortitus sit

Interrogatio vnde differētia nequitiarū celestium ⁊ tanta procellerit. Cap. xxxij.

Germanus. Nō q̄dez ambigimus illos q̄z ordines quos apls dinumerat ad istos referri. q̄ nō est nobis colluctatio aduersus carnē ⁊ sanguinem. sed aduersus pncipatus aduersus ptātes aduersus mūdi re-

ctores tenebrarū harum. contra spiritualia nequitiē in celestibz. Volum⁹ tñ nosse vñ sit hec tanta inter eos differētia. vel quemadmodū tāte nequitiē extiterit gradus. An ad hoc creati sint. vt hos ordines malitię sortirent. et quemadmodū huic nequitiē militaret. **Dilatio sup absolute pposite q̄stionis.**

Germanus. Cap. xxxij.
Propositiones vestre totū tps nocturne quietē ita nris fuerunt obtutibz. vt a propinquandē aurore nequa q̄z vicinā sentiamus. ⁊ vsq̄ ad ortum solis insatiabilē collationis hui⁹ vba contētere. puocem. tñ qm̄ absolutio pposite questionis cū ceperit indagari. in q̄ddam amplissimū ac pfundissimum nos educet pelagus questionū qd̄ pntis hōre breuitas nō sinit trāsmeari. cōmodius reoz vt eā future noctē indagari referuem⁹. q̄ ⁊ mibi s̄ hui⁹ questionis occasione de v̄o pensioi colloquio leticia spiritiat ac fruct⁹ vtenoz cōferat. ⁊ ppositarū questionū sinus pbēte nobis spūs sancto. p̄speros flatus libere penetrare possim⁹. **Robres soporis modicū degustātes discutiamus obrepentem oculis nris vicina iam luce torporem. ac deinceps piter ad ecclesiā procedentes qm̄ hoc facere dñice dici solē. nitas cōmonet. reuēsi post synaxin. ea q̄ dñs ad instructionē cōmunē p desiderio vestro largitus fuerit duplicato gaudio conferamus.**

Explicit collatio pria abbatis Sereni de anime mobilitate et spiritualibus nequitijs. Incipiunt capitula secūde collationis eiusdem senis. Cap. primū.

De humanitate abbat̄ sereni
ij Secunda ppositio de diuersitate nequitiarū celestium
ij Responso de multiplici esca scripturarum sanctarum.
iij De gemina sententia super intellectu scripturarum sanctarum.
v De eo q̄ pposita questio int̄ illa

Capitula

Collatio VIII

- vi **Q**uia media sunt tenēda debet accipi
De eo quod nihil malum a deo crea-
tum sit
- vii **D**e inicio principatū seu potētū
- viii **D**e lapsu diaboli et angelorum
- ix **O**biectio quod ruina diaboli ad de-
ceptionē eius principium superit
- x **R**esponsio diuicio lapsus diaboli
- xi **D**e eo quod dicitur sine quo dicitur pēa
- xii **D**e constipatione demonū et in-
quēdie quā in hō aere se exercēt
- xiii **D**e eo quod impugnationē quā er-
ga hoīes impendunt etiam ad-
uersum se cōmoueant
- xiiii **Q**uā factū sit ut potētum seu prin-
cipatū nomīa spiritaliū nequi-
tatis fortirentur
- xv **D**e eo quod nō sine cā sancō celesti-
busque virtutibus angelorum sine
archangelorū nomīa sint idita
- xvi **D**e subiectōne demonū quā suis
principibus prebent fratris visio-
ne perspecta
- xvii **D**e eo quod singulis hominibus duo
semper angeli adhaerent
- xviii **D**ifferentia nequitie quā aduersis
spiritibus inest per duos philo-
sophos approbata
- xix **D**e eo quod demones nihil aduersus
homines pua leant nisi eorum pū-
mentes obsederint
- xx **I**nterrogatio de apostatis ange-
lis qui in genesi cum filiabus ho-
minum concubuisse dicuntur
- xxi **S**olutio propositae questionis
- xxii **O**biectio quēadmodum generi
seth cum filiabus cayn pphana cō-
mixtio ante interdictū legis po-
tuerit imputari
- xxiii **R**esponsio quod naturali legi ab ini-
tio homines iudicio seu pene fue-
rint obnoxii
- xxiiii **Q**uā iuste puniti sunt hi qui aū di-
lunium peccauerunt
- xxv **D**e diabolo quod dicitur in euange-
lio quomō intelligēdū sit quod mē-
dax est et pater eius
- Expliciunt capitula**

Incipit collatio secūda abba- tis sereni de principatibus seu potestatibus **Capitulu. i.**

Quoniam **Q**uoniam

quis hō diei sollemnitatis
exigebat. et eccle con-
gregatōe dimissa: re-
uersi ad cellā senis re-
fecti p̄mū lautissime sumus. **Q**uā p̄murie
quā supiecta olei gutta quotidiane refectioni
solebat apponi modicū liquinis mi-
scuit et olei quiddā solito p̄pensi supfu-
dit. **Q**uā illā olei gutta ob hō vnusquisque
quotidiane refectioni insillat. nō ut ei
ex hō guttē quiddā p̄cipiat suauitatē. quod
pe cuius tantus est modus. ut vix ipius gut-
turis faucibus quod meatus nō dicā vngere. sed
p̄transire sufficiat. sed ut hō vsu iactantia
cordis quod p̄ abstinentia districtiore blāde
solet ac latent irripere. et stimulos elatio-
nis obtūdat. quā quāto occultus exercetur
nulloque hoīum teste p̄ficiat: tanto subtilius
occultatore suum temptare non desinit.
Deinde apposuit salē frictus. et oliuas ter-
nas. quod post hōc supintulit canistrū ha-
bens cicer frictū quod illi trogalia vocant.
ex quibus quā t̄m̄ sumpsimus grana. mixta
ria bina. caricas singulas. hūc enim nu-
merum in illa heremo quē quod excessisse
culpabile est. **Q**uā refectione et trāfacta re-
p̄missam questionis absolutionē cū re-
poscere cepissem. p̄ferte inquit senex inter-
rogationē vram quā mature. platā ad
huius hōre distulleramus indaginem.

Secunda propositio de diuer- sitate nequitiarū celestium **Ca. ii.**

Sermanus. **Q**uā quēsumus ta-
ta varietas aduersarū potētum.
et hoīem ac diuersitas ista p̄cessit
quod b̄t̄is ap̄ls ita dinumerat. **N**ō est no-
bis colluctatio aduersus carnē et sangui-
nem. sed aduersus principatū et potētes. aduersus
mūdi rectores tenebrarū hōrū. et spiri-
talia nequitię in celestibus. **E**t iterum. **N**ec
angeli. nec principatū. nec hōt̄es. nec
creatura alia poterit nos separe a c̄b̄ari

Collatio VIII abbatis Bereni

tate dei q̄ est in christo iesu dño nro. **U**n
ergo tāta malicie diuinitas emula nobil
emerlit: An ad h̄ ptates istas a dño cō
ditas esse credendū est. vt his p̄ hominē
gradib; atq; ordinib; militarentur.

Responsio de multiplici esca scripturarū sanctorū. Cap. iij.

Serenus. Diuinarū scriptu
rarū auctoritas. de his in q̄b;
nos voluit erudire q̄dā tā luci
dentia his q̄ acūmē ingenij min⁹ possi
dent euidentē effata est. vt nō solū nulla
occultionis sensus obscuritate velentur
s; nec vllō q̄dem patrociniō interpretati
onis indigeāt in sup̄ficie voc; ac lre suos
intellect⁹ ac snias p̄ferēna. q̄dam x̄o ita
cōtecta. 7 quib; dā oblcūrata misse
rijs edidit. vt in eorum discussione et in
tellectu immensum nob; exercitij cāpum
ac solitudinis reseruarēt. Quā rē mltas
ob cās deū dispensasse manifestū est. pri
mum ne sacra diuina nullū habētia spi
rital' intellect⁹ vel amē obductū cūct; ho
mib; id est tā fidelib; q̄ p̄fanis eq̄li scia
7 noticia paterēt. 7 per h̄ inter inertes ac
studiosos nulla esset virtutē pudētēq;
distantia. tū vt etiā inter ip̄os domeli
cos fidei dū intellectū spacia coraz eis
immenta tendunt. esset in q̄b; 7 delidio
forū argueretur ignauia. 7 diligētia stu
diosorū. ac puritas cordis eorū. mentēq;
industria p̄baref. Ideoq; sac; p̄p̄e scri
ptura diuina agro optio ac fertili p̄pat
q̄ cū multa gignat ac p̄ferat q̄ ad hoim
victum sine aliqua ignis coctione. p̄fi
ciant. q̄dam nili p̄us flāme calore miti
gata atq; mollita omnē asperitatez sue
deposuerit cruditāq;. vel incōgrua erūt
vlib; humanis vel notia. Nonnulla x̄o
ita in vtrūq; apta nascunt. vt nec inco
cta sua cruditate displiceāt vel offēdāt.
7 tū ignis calore lenita salubriora red
dant. Plura q̄ ad esca tūmō irratio
nabiliū iumentoz 7 aialū mitiū. vel fe
rarū seu volatiliū oriunt. vsum. cib; ho
minū mīme p̄futura. q̄ etiā i sua asperi
tate manentia absq; vlla ignis p̄fectiōe
vitalē inmentē cōferūt saturitatē. Quā

rationē sac; euidentē aspiciunt in h̄ vber
rimo spiritaliū scripturarū paradiso con
tineri. in q̄ ita q̄dam significatiōe litte
re plana ac luculēta respēdēt. vt cum
sublimiore interpretatiōe nō egeāt. sim
plici tū lre sono abūde pascāt ac nutri
ant audientes. vt est illud. Audi isrl' dñs
deus tuus de⁹ vn⁹ est. Et diliges dñm
deū tuū ex toto corde tuo. 7 ex tota aīma
tua. 7 ex tota x̄tute tua. Quēdā autē li
allegorie explanatiōe extenuata nō fue
runt. 7 spirital' ignis examinatiōe molli
ta. nullomō ad salutarē interior; hoīs ci
bum sine corruptiōis late pueniēt. ma
gisq; eorū p̄ceptiōe lesio q̄ vtilitas ali
qua subseq̄tur. vt est illud. Sit lumbi
vri p̄incti. 7 lucerne ardētes. 7 q̄ nō h̄
gladiū vendat tunicā suam 7 emat sibi
gladiū. 7 q̄ non accipit crucē suā 7 seq̄t
menō est me dign⁹. Qd̄ q̄daz districti
simi monachoz. habētes q̄dem celū dei
s; nō fm scientiā. simplicit' intelligētēs.
fecerūt sibi cruces ligneas easq; iugiter
humer; circūferentes. nō edificationem
s; risum cunct; videntib; intulerūt. Nō
nulla vero ad vtrāq; p̄ceptionē. i. tā hi
storicā q̄ allegoricā ita cōmoda sunt
ac necessaria. vt vtrāq; explanatio vita
lēs aīe succos impartiat. vt est illud. Si q̄s
te p̄cussit in dextrā maxillā tuā p̄te il
li 7 alterā. 7 cū p̄sequit' vos in ciuitate
ista fugite in aliā. 7 si vis p̄fectus esse va
te vende oīa q̄ habes 7 da pauperibus
7 habebit' thesaurū in celo. 7 veni sequere
me. Producit sane 7 fenū iumentū. q̄b;
pabulis omnes scripturaz repleti sunt
campi. simplex sc; pura q; narratio hi
storicēlectionis. q̄ simpliciores quicq; ac
min⁹ capaces p̄fecte 7 integre ratōis. de
q̄b; dī. hoīes 7 iumenta saluab; domie
fm stat⁹ ac mensurē sue p̄ditionem. ad
op⁹ tū 7 labore actual' vite vegetiores
robustioresq; reddant.

De gemina snia super intelle ctu scripturarū sanctorū. Cap. iij.

Quamobrem de his que aperta
explanatiōe prolata sunt. nos
quoq; constanter possum⁹ de

De principatibus

finire audentes quos nostram proferre sententiam
Ea quoque meditationi et exercitio nostro
referuans obiecta sanctis scripturis spi-
ritus diuini inseruit quibusdam ea volens
iudicij et opinionibus colligi ita pedet
tium debent cauteque conferri ut sit eorum as-
sertio seu confirmatio in disputantibus vel su-
scipientibus arbitrio collocata. Nonnunquam
enim cum super vna re diuisa premitur sententia neu-
tra eorum potest absurda iudicari et sine de-
trimento fidei vel fixe vel medie suscipi. Ita
ut eis nec plena credulitas nec absolu-
ta refutatio debeat: potius sequens opi-
nio derogare non debeat cum que libet
earum fidei non inueniat obistere qua-
le est illud quod helias uenit in iohanne et
iteque sit an aduentum christi uenturum et de ab-
ominatone desolationis que steterit in lo-
co sancto per illud simulacrum iouis quod
hierosolymis in templo positum legitur et
iteque stare habeat in ecclesia per aduentum anti-
christi illaque omnia que in euangelio sequuntur
que et impleta ante captiuitatem hierosoli-
morum et in fine mundi istius intelligun-
tur implenda. e quibus neutra opinio im-
pugnat aliam nec sequentem prior intel-
lectus euacuatur.

De eo quod proposita questio in- ter illa que media tenenda sunt debeat accipi

Lap. v.

Idem circo proposita a nobis questio
licet non satis uideatur nec frequenter
inter homines ventilata nec apud
plurimos pateat et ex hoc ipso apud aliquos
ea que proferimus forsitan uideantur am-
bigua ita debentur nostram temperantiam
quam fidei trinitatis nihil preiudicant ut
inter illa habeantur que medie sunt te-
nenda quaque non tali opinione qualis
suspitionibus tantum et coniecturis colligi
solet sed manifestis scripturarum testimonio
nunc omnia comprobentur.

De eo quod nihil a deo malum cre- atum sit.

Lap. vi.

Absit ergo ut deum queque creasse
confiteamur quod substantialiter ma-
lum sit dicente scriptura. **D**ia-
bolum fecit deus bona sunt ualde. Si enim a

deo tales isti creati sunt uel ad hoc facti
ut hoc malitie gradus teneant ac sepe de-
peritionibus et ruinis hominum uacent propter per-
ditionem scripturam suam infamabimus deum uel
hunc creatorem atque inuentorem malorum.
quod sepe pessimas voluntates ac naturas
ipse produxit ad hoc eas creasse ut semper in
nequitia perseverantes nunquam transire possint
in bonum voluntatis affectum. Non enim
que fixas atque immobiles naturas seu
nature sue conditiones quilibet industria
potest immutare nec ulla modo ualebit non
esse quod natus est quemadmodum ne-
nos quidem productionem mortis euadere quod
ob ad peccatum mortales nascimur nec an-
geli mortales effici qui ita creati sunt ut
mori non possint. Hanc igitur rationem di-
uersitatis huius traditione patrum de
sanctarum scripturarum fonte percipimus

De inicio principatum seu po- testatum.

Lap. vii.

Ante productionem huiusmodi uisibilis cre-
ature spirituales celestesque virtu-
tes deum fecisse que per hunc ipsum quod sci-
ret se ad tantam multitudinem glorie beneficio crea-
toris ex nihilo fuisse productas per perpetuas
ei gratias referentes in desinentem laudibus
inhererent nemo fidelium dubitat. Nec
enim existimare debentur creationis et officij
sui principia ab huiusmodi mundi constitutione deum
permittit inchoasse quasi in illis anterioribus
atque innumeris seculis ab omni prouidentia et
dispensatione diuina fuerit ociosus ac
non homines in quos bonitatem sue exerceret bene-
ficia solus extiterit atque ab omni solita pre-
standi munificencia fuerit alienus quod de
illa immensa ac sine principio et incompre-
hensibili maiestate satis humile est inco-
gruumque sentire ipso domino de illis preteritis
hec dicente. **Q**uia facta sunt simul sidera
laudauerunt me uoce magna omnes boni an-
geli mei. **Q**ui igitur inter sunt creationi syde-
rum an istud principium in quo factus est ce-
lum et terra creati fuisse manifestissime com-
probantur quippe que per istos omnes uisibilibus
creaturis uidentes eas ex nihilo processisse
creatoris magna uoce describant et am-
miratione laudasse. **A**ntequam istud ergo te-

Collatio VIII abbatis Bereni

praeiale principium quod a moysse ponit. quod quod mundo huic secundum historicum imo iudaicum sensum coeuum esse describit. saluo scilicet nostro sensu quod nos interpretamur omnium rerum christum esse principium. in quo omnia creauerunt primum secundum illud. **D**ia prima facta sunt. et sine ipso factum est nihil. An istud in quo genea os temporale principium. omnes illas partes celestes et virtutes deum creasse non dubium est. Quas apostolus per ordinem dinumeras ita describit. Quia in christo creata sunt omnia. sine qua in caelis sine qua in terra sunt. visibilia et invisibilia. sine angeli sine throni. sine dominationes sine principatus sine potestates.

De lapsu diaboli et angelorum.

Quorum itaque numerus. **Ca. viii.** Nonnullos principes fuisse lapsos lamentatio ezechielis sine ysaie manifestissime docet. in quibus principem tyri. aut illum luciferum qui mane oriebatur. flebili plactu ab eis cognoscimus lamentari. Et de illo quod deus ait ad ezechiel. Fili hominis leua plactum super principem tyri. et dices ei. **H**ec dicit dominus deus tuus. Tu si similitudinis. plenus sapientia. perfectus de core. in delitijs paradisi dei fuis. **D**is lapidibus preciosis operimentum tuum. sardius. topasius. et iaspis. chrysolitus. et onix. et berillus. saphirus. et carbunculus. et smaragdus. Aurum operum decorum tuum. et foramina tua in die quod conditus preparata sunt. Tu cherub extensus. et proteges. et posuisti te in monte sancto dei in medio lapidum ignitorum. ambulasti perfectus in vijs tuis. a die conditionis tue. donec inuenta est iniquitas in te. In militudine negotiationis tue repleta sunt interiora tua iniquitate. et peccasti. et eieci te de monte dei. et perdidisti te o cherub. protegens in medio lapidum ignitorum. **E**levatum est cor tuum in decore tuo. perdidisti sapientiam tuam a decore tuo. in terra proieci te. ante faciem regum dedi te. ut cerneret te in multitudine iniquitatum tuarum. et iniquitate negotiationis tue. et polluisti sanctificationem tuam. ysaias quod de alio. Quomodo cecidisti de celo lucifer qui mane oriebaris. Corruisti in terram quod vulnerabas gentes. quod dicebas in

corde tuo. **I**n celum ascendam. super astra dei exaltabo solium meum. sededo in monte testamenti in lateribus a quibus aedificata sunt super altitudinem nubium. et ero similis altissimo. Quos tamen nonnullos ex illa beatissima statione fuisse scriptura commemorat. dicens tertiam partem stellarum et draconem illum secum pariter pertraxisse. **A**n quod apostolorum evidentiis dicit. Angelos vero qui non serauerunt suum principatum sed dereliquerunt domicilium suum. in iudicium magni diei vicul eternis sub caligine serauerunt. Illud etiam quod ad nos dicit. vos autem sicut boves moriemini. et sicut vinee de principibus cades. quod aliud quod multos de principibus cecidisse significat. Quibus iudicium ratio diuersitatis huius colligit. has differentias ordinum quos istar sanctarum celestiumque virtutum adus potestates habere dicunt. vel ex illius anteriori ordinis gradu in quo vnaquodque creata fuerat nunc etiam retentare. vel certe de celestibus deuolutas ad similitudinem illarum virtutum quibus ibidem perseverant. per nequitiarum merito in quibus in malum vnaquodque proficit. hos inter se gradus seu ordinum vocabula in parte contraria vendicasse. **O**bjectio quod ruina diaboli a deceptione eius principium sumpsit. **Ca. ix.**

Sermonus. Nos haecenus credebamur causam initiumque ruine seu pernicationis diaboli. quod de angelica statione deiectus est. inuidiam extitisse. quoniam ad adam duxerat et eum a limida calliditate decepit. **R**esponsio de iudicio lapsus diaboli. **Ca. x.**

Sermonus. Non esse istud initiumque pernicationis illius seu deiectionis. geneleos lectio manifestat. si autem illorum deceptio serpentini nominis eum nota iussit ita dicens. Serpens autem erat sapientior. siue ut hebraici exprimitur libri callidior. cunctis bestijs terre quas fecit dominus deus. **I**n telligitis ergo quod ante illam conventionem primi hominis de angelica discesserat sanctitate. ita ut non solus nominis huius in signiri mereret infamia. sed etiam in nequitiarum tergiverlatio de ceteris pre-

De principatibus

ferret bestijs terre. Nō enī tali vocablo scriptura bonū angeluz designasset. nec de his q̄ in illa beatitudine perseverant diceret. Serpens autē erat sapientior oīb; bestijs terre. Nam h̄ cognomē nō soluz gabrieli siue michaeli nullo mō posset aptari. sed ne tono q̄dē cuiq; hōi cōueniret. Aptissime itaq; 7 serpenē vocabulum 7 p̄p̄atio bestiarū non sonat angeli dignitatem: sed p̄uaricatoris infamiam. Deniq; luorū ac seductionis materia q̄ vt hoies deciperet instigat⁹ est. de anterioris ruine extitit causa. qd̄ se3 de limo terre n̄ prime figuratū ad illā eum gloriā cerneret euocandū. vñ cū esset vn⁹ de p̄ncipibus se meminerat corruisse. Et idcirco p̄orem ei⁹ lapsum q̄ supbiendo corruerat. quo etiā serpens meruerat nūcupari. sed a ruina p̄ inuidiā subsecuta est. p̄ quā inueniens eū adhuc aliqd̄ in sese erectū habentē ita vt etiā cuiusdaz colloquij atq; cōsiliij cū hoie haberet cōfortiū. sentētia dñi vtilissime eū in ima decit. vt nō iam sicut an̄ s̄blime aliqd̄ intuens incederet. sed vt solo coherens repet̄ potius 7 humiliatus sup̄ ventrem terrenis viciorū escis 7 opib; pasceretur. occultū deinceps publicans inimicum. ac ponens inter ipm̄ 7 hoīem vtilis inimicicias salutarēq; discordiā. vt dñi cauetur tanq; hostis noxi⁹ amicicij fraudulenti⁹ vltorius homi nocere nō posset.

De eius qui decipit siue decipitur pena. Cap. xi.

H quo tñ 7 illud nos p̄cipue debet instruere. vt a mal⁹ consilijs declinem⁹. qd̄ licz deceptio nis auctor p̄grua pena 7 p̄demnatione plectat. ne ille q̄dem q̄ seducit supplicio careat. licz aliquātulo leniore q̄ ille qui auctor deceptōis extiterit. Qd̄ h̄ exp̄suz plenissime cernim⁹. Adā nāq; qui seductus est. imo vt apli verb̄ eloqr̄ qui seductus nō est. s; seducte acq̄escens. in exciālem videt accessisse cōsensum. sudore vult⁹ ac labore tñmō condemnat. q̄ tñ illi nō per suā sed p̄ terre maledictōz

sterilitatēq; decernitur. Valier hō q̄dē hui⁹ rei p̄uasoz extitit multiplicationē gemitū ac dolor⁹ atq; tristitię p̄meret. p̄p̄mo parit iugo subiectōis addicta. Serpens autē q̄ p̄mus inceptor hui⁹ offense est perenni maledictione multatur. Vobrem sūma solitudine 7 circūsp̄ctione cauendū est a p̄silijs pranis. quia sicut auctorē puniūt ita deceptū nec peccato faciunt carere nec pena

De constipatione demonuz et inquietudine quam in hoc aere selemper exercent. Cap. xij.

Anta hō sp̄m̄ densitate cōstipatus est aer iste q̄ inter celū terramq; diffundit. in quo nō quieti nec ociosi p̄sant. vt saq; vtilit̄ ab humanis aspectib; eos. p̄uidētia diuina abscederit atq; subtraxerit. Nam non solū terrore p̄curus eoz vlt̄ terrore vultuum in q̄ se p̄ volūtate sua cum libituz fuerit trāformant atq; conūntunt. intolerabili formidine hoies cōsternarentur. neq; q̄ valētes h̄ carnalib; oculis intueri. s; etiā in ampliorē neq̄tiē modū quotidianō iugiq; eozū exemplo 7 imitatioe succensa gens hūana p̄ficeret. 7 p̄ h̄ int̄ hoies 7 immūdas atq; aereas p̄tates fieret noxia q̄dā familiaritas atq; p̄nciosa p̄iunctio. dñi h̄ flagicia q̄ cū int̄ hoies admittunt. vel parietū sep̄q; vel locorū interuallo. 7 q̄daz verecūdię p̄fusio ceclant. apta visione iugit̄ intendentes ad maiore furorū incitarent. insaniā. nulla se3 interueniēte quiete. qua ab istis sceleribus eos cernerēt desinētes. qui p̄pe q̄s nulla lassitudo carnalis seu occupatio familiaris. ac distentio quotidiani vict⁹ quemadmodum nos a cep̄q; intentōnibus etiā inuitissimos nonnunq; cessare compellunt. De eo q̄ impugnationem quam erga homies impendunt etiam aduersum se commoueant. Cap. xij.

Nāq; ipu ḡtōnes q̄b; hoies impetūt. neq; eos a flagicioz crimie purgere cessantes. etiaz

Collatio VIII abbatis Bereni

cōtra se innicē ipōs affectare certissimū est. Nā discordias atq; cōflict⁹ sup nō nullis gentib; p qdā sibi neq;ne x̄nacu la familiaritate susceptq; indefesso certamine similē exercere nō desinūt. Quod etiā in visione daniel pphetę maifestissimē legim⁹ figuratū: angelo gabriele ita narrante. Noli timere daniel. q; ex die pmo q̄ posuisti cor tuū ad intelligēdum vt te affligeres in p̄spectu dei tui. exaudita sunt v̄ba tua. et ego veni ppter h̄mos tuos. Princeps autē regni persarū restitit michi viginti et vno dieb; et ecce michael vn⁹ de p̄ncipib; p̄mis v̄it i ad intoriū meum. et ego remansi ibi iux regem persarū. Veni autē vt docerē te que v̄tura sunt pp̄lo tuo in nouissimis diebus. Quē p̄ncipem regni persarū adūsariam p̄tatem esse q̄ fauebat gēti persarū inimicanti pp̄lo dei m̄ime dubitandū est. q; ad impediendā utilitatē quā videbat p̄ absolutionē questionis. p q̄ p̄pheta dñm exorauerat. ab archangelo ministrandā: linens semetipm obijcere fellinauit. ne oca⁹ ad danielē salutarī angeli p̄solatio puolās. dei q; pplm cui gabriel archangelus p̄erat p̄fortaret. Qui tñ dicit ne tunc qdē ob impugnationis illius vehementias se facere potuisse. sed ab eodē adhuc fuisse retinendū nisi in adiutoriū sibi michael archangel⁹ aduenisset. q̄ occurrens p̄ncipi regni p̄sarū seseq; cōflictui eius interserens et opponens. eūq; ab ip̄ius ipugnatōe subripiens. ad instructionem p̄phete post vicissimum et vnu diem cōmeare fecisset. Et post pauca. Et ait in q̄t angelus. Nun qd scis q̄re venerim ad te. Et nūc reu⁹tar vt p̄lier aduersus p̄ncipem persarū. Cū em̄ ego egrededer apparuit p̄nceps grecoꝝ venies. Verūtamē annūciabo tibi qd̄ expressum est in scriptura veritatē. Et nemo est adiutor me⁹ in his omnibus nisi michael p̄nceps v̄r. Et itez. In tpe illo cōsurgēt michael p̄nceps magn⁹ q̄ stat. p̄ h̄i p̄li tui. Legi⁹ ergo grecoꝝ q; p̄ncipem similē aliū nūcupari. q̄ vtiq;

fauens genti sibi subditetā pp̄lo israeli q̄ nationi persarū erat adūsus. Ex quo liquido p̄videt qd̄ discordias gentiū et cōflict⁹ atq; similtates q̄s inter se istis instigantib; gerunt. etiā p̄tra se aduerse exerceāt p̄tates. et illaz vel gaudere eas victoria vel diminutione tristari. et ob h̄ nō posse illas inter se quietas aut cōcor⁹des existerē. dū vnus q̄sq; p̄ his q̄b; p̄re est cōtra alter⁹ gen⁹ p̄salē inquieta sp̄ emulatōe p̄tendit. **Unde factum sit vt potestati seu principatū nomina spiritalium nequitie sortirentur.** **Cap. xiiij.**

Nos ergo p̄ter illas q̄s supius exposuimus opiniones. etiā id circo dici p̄ncipat⁹ vel potestates enidēti possum⁹ rōne colligere. q; scz vel diuersis gentib; dominant ac p̄sint. v̄l certe q̄i iseriores sp̄s atz demonia de q̄bus etiā euangelia legiones esse. p̄pria ip̄ozū p̄fessione testant. queq; spiritalia nequitie ab ap̄lo nūcupant. suos exerceant p̄ncipat⁹. Non enī dñatōnes dici possunt nisi habeant in q̄s suas dominationes exerceant. nec potestates aut p̄ncipat⁹ vocari queūt. nisi fuerit in q̄s potestates aut principatus suos agant. Qd̄ etiā in euangelio designari callūni. antiq; p̄bariseis manifestissime repim⁹. in beelzebub p̄ncipe demonioꝝ h̄ eicit demones. Nam et rectores tenebrarum legim⁹ appellari. et aliū mūdi hui⁹ p̄ncipem nūcupari. Quos tamē gradus beatus ap̄ls in futurū cū oīa ch̄aito fuerint subiecta asserit euacuandos. cū tradiderit inquiring regnū deo et p̄ri. cum euacuauerit omnem p̄ncipatū potestatem et dominationem. qd̄ vtiq; non aliter fiet nisi fuerint de ip̄ozū ditione sublati. in quib; in hoc seculo potestates seu dominationes vel p̄ncipatus agere cognoscuntur.

De eo q̄ nō sine causa sanctis celestibusq; virtutibus angelorum siue archangelorum nomina sunt indita. **Cap. xv**

De principatibus

Nam quia in bonā partē bonū or-
dinū vocabula nō sine ratōe
causae sint dīta. s; officiorū
vel meritoꝝ seu dignitatū sint noīa. nul-
li dubiū est. Eteī de officio nūciandi an-
gelos. i. nūcios a p̄pelliari manifestū est
et archangelos q̄ ipsis angelis p̄sint
noīa ipsius p̄prietas docet dñatōes etiā
ab eo q̄ q̄busdā dominant. p̄ncipatus
q̄s q̄ habeāt quorū sint p̄ncipes atq; p̄-
ores. et sedes q̄ ita scilicet deo coherent.
et domestice sint ei ac familiares: ut in ip-
sis velut in quadam sede diuina maie-
stas peculiariū requiescat. et quodam
modo sit in eis firmiter reclinata.

De subiectione demonū quas suis principibus p̄bent fratris visione p̄specta. Cap. xvi.

Egi autē hos immūdos spūs a-
neq̄oib; potestatib; eisq; s̄bdi-
tos esse p̄t̄ illa scripturā te-
simonia q̄ in euangelijs q̄s calūnti-
bus p̄barileis dñi legimus respōsione
descripta. Si ego in beelzebub p̄ncipe
demonioꝝ eicio demones: etiā p̄spicue
visiones et exp̄imenta sanctorū multa
nos edocēt. Nam cū vnus ex fratribus
nostris in hac solitudine iter ageret ad
uesperascēte iam die templū quoddam
repiens: ibidē substitit: resp̄tinā volēs
in eo synaxim celebrare. Ubi dum psal-
mos ex more decantat: t̄ps medie noctis
excessit. Cūq; finita solēnitate refectur⁹
lassum corp⁹ paululū resedisset: repente
cepit cateruas demonū vndiq; in vnū
p̄fluentū innumerabiles intueri. q̄ in-
nita constipatōe ac d̄iectōe longissima
p̄cedentes. alie p̄hibant p̄ncipē suū. alie
suo agmine sequebant. Qui tandē ali-
q̄n et magnitudine p̄ccior cunctis et as-
pectu terribilioꝝ turmis infinitis circū-
septus aduenit: ac posito solio cū in tri-
bunali quodā sublimissimo consedisset
